



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova  
Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm  
Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm**

**Labbé, Philippe**

**Parisiis, 1653**

§. II. Libri aliquot Arabici Bibliothecæ Vaticanæ, pag. 248. 249. 250.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13263**

in Alcoranum. Arabicè.

Expositio in partem Alcorani. Persicè.

Expositio vetus eiusdem Alcorani. Arabicè.

Expositio nonnullorum Alcorani locorum Arabicè.

Expositiones alia Alcorani cum fidei documentis. Turcicè.

Fragmenta aliquot Alcorani.

#### GRAMMATICI.

Varia variorum Authorum grammaticæ Arabicæ & Persicæ.

Commentaria in Casam.

Rhetorica Arabicâ dialecto.

#### POETÆ.

Motanabbi Poëta celeberrimus Arabicè.

Volumen carminum Arabicorum cum expositione Arabicâ Gulistan Persicè.

Poësis in Poetas. Turcicè.

Amores Regis cuiusdam Persarum. Tartaricè.

Duo libri in bonos mores. Persicè.

Amores diuitis & pauperis. Turcicè.

De mundi contemptu. Persicè.

Laudationes Iustorum. Persicè.

Varij libri carminum Turcice & Persicè.

#### DICTIONARIA.

Camus, seu amplissimum totius Arabicæ linguæ vocabularium.

Asteri cum versione Latina & Italica quamplurimas selectas voces præsertim themata complectens.

Dictionarium copiosissimum trium linguarum Arabicæ Persicæ & Turcicæ cum expositione Latina.

Dictionarium Arabico-Turcicum carmine.

Dictionarium aliud Arabico-Turcicum.

#### PROVERBIA.

Centum sententiæ Aali Arabicæ & Turcicæ lingua charactere pulcherrimo & luculentissimo.

Varia sententiæ tum seriæ tum iocosa è diuersis Auctoribus selectæ. Arabicè.

Sex variarum fabularum libri Arabicè & Turcicè.

#### §. II.

### LIBRI ARABICI BIBLIOTHECÆ

#### VATICANÆ.

**T**Ota Biblia sacra à Genesi vsque ad Apocalypsim Arabicè.

Totum

Totum Testamentum nouum conscriptum caractere & sermone Aegyptiaco cum interpretatione ad verbum sermone simul ac caractere Arabico.

Quatuor Euangelia Arabica.

Alcoranus.

Liber Hymnorum & laudis B. Mariae.

Alius liber Hymnorum & Epistolarum B. Pauli in Ecclesia Orientali singulis diebus dicendum & in festiuitatibus Sanctorum.

Missalia quatuor Aegyptiaca cum Arabica interpretatione.

S. Ioannis Episcopi Brissei de resurrectione & missione mortuorum.

Abilhasan de vita & sententiis Religiosorum Maumetanorum.

Liber Legum Maumetanorum.

Liber totius Philosophiae & contra sectas Philosophorum.

Diuersae Orationes Aegyptiaco sermone cum interpretatione Arabica.

Missae tres Pontificales scilicet Basilij Gregorii & Cyrilli Aegyptiaco sermone, cum interpretatione Arabica.

Psalmista Arabicus cum expositione Hebraica atque eodem caractere.

Canones Ecclesiastici & Imperatorum Constantini & Theodosij.

Isai Beneficia de vrinis.

Eliae Patriarchae carmina & orationes Ecclesiasticae.

Historia S. Abrigij discipuli S. Theodori Martyris.

Conciones sancti Timothei Patriarchae Alexandrini.

Historia S. Epiphaniij Martyris filij Anastasii.

Illustratio intellectus de Trinitate & Incarnatione & de essentia Dei cum centum praeceptis Euangelicis.

Abilha racat disputatio contra Mahometanos & Hebraeos de Trinitate & de Incarnatione & de Aduentu Domini.

Praecepta Poetica Arabum.

Ars metrica eorundem.

S. Ioannis Chrysofomi viginti septem sermones in Epistolam

S. Pauli ad Hebraeos.

Dialectica & Physica sancti Ioannis Damasceni.

Benadi disputatio inter eum & Mahometanum de Incarnatione, de Trinitate, & de aliis rebus Theologicis cum expositione opinionum Philosophorum circa hoc.

Siffa. 1140

Isai Ben Ebrahim disputatio de Incarnatione & Trinitate; de Aduentu Domini inter eum & Hebraum.

Dialogus de vita Christi.

Liber de fodinis & de lapidibus & plantis & de alijs rebus naturalibus.

Liber de vita Monachali.

Theſaurus linguæ Arabicæ, quem vocant Alcamus.

## S. I I I.

LIBRI IMPRIMENDI IN LINGVA ARABICA  
Romæ in Typographia Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis.  
GRAMMATICÆ.

**G**rammatica Arabico-Latina collecta ex varijs Auctoribus.  
Liber Secretorum artis Grammaticæ Abilphati Othmanni filii Grani.

Liber Grammaticalis absque nomine auctoris.

Liber de qualitate nominis declinati omnibus modis.

Expositio super librum Caphie, qui est de Grammaticâ.

Liber de verbo cum expositione sua quæ est Saadini.

Liber de grāmatica vocatus liber lucis de expositione Lucernæ.

Liber de Grammatica Mahumed filii Sadec peregrini.

Liber senis filij Alphafani filij Ahmed filii Bafiad de grammaticâ.

Liber Abu Mahmed Alcafam filii Abi, filii Mahmed, filii A-lhariri Bafrani de grammatica liber vocatus salimentum Arabicum.

Liber Aben Mansur de doctrina linguæ Arabicæ.

Liber paradigmatum verborum Arabicorum cum expositione Turcica.

Lexicon Arabicum per classes verborum ordinatum cum expositione Persica.

Lexicon Arabicum secundum materias ordinatum cum expositione Latina.

Lexicon Arabicum Magnum vocatum Camus.

## HISTORIAE.

Liber Historiarum.

Liber de Imperio translato ad diuersas nationes.

## LOGICÆ.

Liber Logicae cum versione Syriaca.

Liber Logicae dictus Sciamfia.

## SCIENTIÆ NATVRALIS.

Liber de lapidibus pretiosis doctissimi Ahmed filii Ioseph Tiphafij Aulij.